Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ceperunt. ac se in omnipotis dei seruitium tradentes. eius coha
bitationem expetere. Unde factum est. ut xx° vi° anno funda
tionis cenobii. c. xl. fratrum multitudo illi adiuncta esset.
Qui numerus a beato mauro scriptus. et auctoritate tam
eius quam totius congregationis prefixus atque statutus est. ut ne
mo deinceps existeret. qui hunc numerum vel excedere. vel
minuere unquam in ipsius congregatione cenobii ausus fu
isset. quo et res que ibi iam tunc delegate erant. tanto
fratrum numero in his que necessaria erant sufficiebant.
et si amplior esset numerus occasionem patiendi necessi
tatis forte inferre potuisset. Sed ut ad id redeam unde
digressus sum. cum predictus florus annis xv mensibus tres.
ac diebus totidem. sanctissime ut nobiliorem decebat nobilissi
me in omni uixisset religione. duodecimum kalenda
rum septembrium. feliciter migrans ad dominum diem clausit ul
timum. Filius uero eius bertulfus quam perfectus in omnis acro sancta
fuerit obseruatione. sequens lectio demonstrabit: xx.

Teodebertus igitur rex. cum annis. xiiii^cim strenue ac no
biliter francorum gubernasset regnum. theodebaldo
filio suo post se reliquit. qui iuxta patris sui imperium.
non minimum quo aduixit tempore. tam beatum maurum quam
nostram dilexit congregationem. Hic itaque patris sui sequens
uestigia. qui nobiliter locum congregationis huius. cum ibidem or
dine quo supra inseruimus. aduenisset honorauit. cum et ipse